DYAPASON UERO ET DYAPENTE TRIPLA: COMPARATI ONE COL LIGITUR HOC MODO. BIS DYAPASON QUADRUPLA CONLATIONE PERFICITUR. DYAPENTE AC DYATESSARON UNAM DYAPASON PERFICIUNT HOC MODO.



DE TONO ET SEMITONIIS.

Rursus tonus in aequa diuidi non potest. cur autem posterius liquebit. Nunc hoc tantum nosse sufficiat. quod numquam tonus in gemina aequa diuidit[ur]. atq; ut id facillime comprobetur. sit ses quioctaua proportio VIII & VIIII. horum nullus naturaliter medius numerus incid&. hos igitur binario multiplicem. fiuntq; bis VIII. XVI. Bis VIIII. XVIII. Inter XVI aut[em] & XVIII unus numerus naturalit[er] incidit. qui e[st] scilic& XVII. qui di sponantur in ordine. XVI & XVII & XVIII. Igitur XVI & dece & VIII collati sesquioctaua retinent proportione. atq; idcirco tonu. sed hanc proportione XVII numerus medius non in aequalia partit[ur]. Comparatus enim ad XVI hab& in se totum XVI & eius sextam decima parte scilic& unitate. Si uero ad eum id e[st] ad XVII tertius id e[st] octauus decim[us] numerus comparet[ur] hab& eum totu & eius XVII parte. Non igitur hisdem partibus & minore superat & a maiore superat[ur]. & est minor pars XVII maior XVI. Sed utraq; semitonia nuncupantur. Non quod omnino semitonia ex aequo sint media sed quod semu dic[imus] sol& q[uo]d ad integritate usq; non peruenit. Sed inter haec unum maius semitonium nuncupat[ur] aliud minus.

i. sexta decima pars

IN QUIBUS PRIMIS NUMERIS SEMITONIU CONSTET.

XVII Quod uero sit integrum semitoniu aut quib; primis numeris const&. nunc euidentius explicabo. Id enim quod de diuisione toni dictum e[st]. non ad hoc pertin& ut semitonioru modos uoluerim ostendere. sed ad id potius quod tonum in gemina aequa diceremus non posse disiungi. Diatesseron quae e[st] consonantia uocu quidem e[st] quattuor interuallorū trium. Constat aute[m] ex duob; tonis & integro semitonio. Sit enim subiecta discriptio. CXCII. CCXVI. CCXLIII. CCLVI. Si igitur CXCII numerus CCLVI comparet[ur] sesquitertia proportio fi&. ac diatesseron concinentia resonabit. Sed si CCXVI ad CXCII comparem sesquioctaua proportio est. Est enim eorum differentia XXIIII quae est VIII pars de CXCII. Est igitur tonus. LXIIII